



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

& singulos monemus, & per viscera misericordiz Dei nostri obtestamur, vt cū semper laicis hominibus omni virtutū splendore prazluceatis, tum maxime hoc tempore ita vos geratis in verbo, in cōuersatione, in charitate, quemadmodū Apostolus monet, vt [cū vos posuerit Deus in acquisitionem salutis, atque in adificationem;] officij vestri memores, in iustitia & sanctitate veritatis viuatis: sicque abstinentes ab omni specie mali, ambuletis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnū & gloriā.

Assidue, castè, pureque preces Deo adhibete.

Ad rei grauitatem attenti, cuius causā conuenitis, tota animi cogitatione, in eam incumbite.

Ad cauponas ne diuertite.

Nolite per plateas vagari, aut prę curiositàte hac atque illac circumcurrere.

Ad synodalem sessionem stata horz indicta sollicitè conuenite.

Nec verò raptim, sed graui incessu. Vbi conuenitis, loco constituto, superpellicea munda ac decentia, aut alias vestes, pro ecclesiastici beneficij ratione induite.

Decenter vos induti, ad statum sessionalem locum non turbulenter, sed quietè accedite.

Bini, quoad eius fieri potest, conuenite.

Ordine confidete.

Mane priusquam conueniatis, cibum ne capite, sed ieiuni adeste.

Ieiunium, quod in ecclesiasticis his actionibus olim institutum fuit, vt scribitis, hoc valde hortamur in Domino.

In loco autem benedictionis, quod est templum Dei, confidentes, ne vocibus obstrepite.

Ne tumultibus rem synodalem perturbate.

Ne confabulationibus operam date.

Ne è cancellis, intra quorum fines seculo diocesana habetur, exite: nisi absoluta sessione, aut necessaria de causa.

Cū autem exire necesse habetis; facultatem à Vicario generali petite: reuerfi ad eundem venite, antequam designato loco confideatis.

Sessione de more absoluta, ne rapine item turbulenterve discedite, sed grauitè, decoroq; incessu.

Hęc omnia seruate.

Cauete denique quęcunque & ecclesiasticę disciplinę, & synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minime conueniunt.

Quoniam verò in huius synodi promotione nobis opus est ecclesiastici hominis adiumento, qui promotoris munus obeat; ideo constituimus & decernimus in hac nostra synodo diocesana sexta promotorem Reuerendum D. Octavianum Abbatem, T. V. D. Canonicum Ordinarium nostrę Metropolitanę Ecclesię.

Si qui autem vestrum sunt, qui alicuius absentiam excusare velint, Vicariū nostrum generalem adeant, cui illius absentię rationem & causam afferant, atque probent.

Si qui verò querelas vel accusationes contra quempiam delaturi sunt, Vicarium nostrum in criminalibus conueniant.

Decretum. II.

VICARII foranei ad Vicecancellarium eorum nomina (si qui non detulerunt) deferant, qui in sui vicariatus finibus commorantes, in hac synodo presentes ad sunt.

Syndici quoq; portarum icidem prestet (si minus prestitierint) de ijs qui intra hęc portę suę habitant, & huic diocesane synodo interesse debent; quò facilius cognosci liceat, qui presentes non adfuerint.

Decretum. III.

DECERNIMVS, si cui contigerit, qui in hanc nostram synodum conuenerit, suo loco non sedere, aut incedere, aut aliud quippiam agere, gerere: id propterea nemini ius acquiri, acquisitumve esse, neque quidquam de cuiusquam iure possessioneve detrahi: sed omnia in eo ipso statu permanere, in quo antequam hęc diocesana synodus haberetur, esse reperiebantur.

Decretum. IIII.

EDICIMVS quoque ac mandamus, vt in Missa omnes & singuli sacerdotes

Eorum qui synodo interesse debent, nomina deferenda.

De prelati non afferendo.

Collecta Missa, & ceterorum.